



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 20. Temerarium innocentiae probandæ consuetudinem paßim
innaluisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

Temerariam innocentiae probanda confuetudinem pa&sim inualuisse.

Rarum ait esse hoc peccati genus? quid si est frequētissimum, quid si quotidianum? quid si inolitum vbique, etiam apud priuatos? nec iam in aqua tantūm, sed etiam in vino, lacte, cereuisia; pane, offa, & omnicibo, omni potu, seruis, ancillis & ancillariolis, opificibus, & artificibus perquam v̄sitatum. Quoties enim, inter prandendum & cœnandum, audiuntur eiusmodi probationes & purgationes vulgares? Si hoc, vel illud non est verum, hac me aqua suffocet? hic mihi haustus sit ultimus? hoc vinum vertatur in venenum? hoc lacte peream? hac cereuisia fiam ceritus? hoc pane stranguler? & similia sexcenta? Nonne hæc est purgatio consuetissima? & satis vulgaris, quia satis vulgata? Nonne hoc est, tentare DEV M? nonne hoc miraculum petere? Quod quidem etiam non raro sequitur, ad tales imprecations: non vt à DEO approbentur, sed vt audacissima mortalium temeritas puniatur, in exemplum aliorū, qui monentur, vt caueant scopulum, in quem vident alios impegiſſe. **Caucant ergo sibi male consciij innocentia-**

fuz.


suæ testimonium à miraculis petere, caue-
ant sibi ipsis pœnam statuere, quæ dilata-
facit nocentiores, illata misericordiam nō
meretur. Itaq; si existimant, se exempla ha-
bere Sanctorum, non aliter eos, quām equū
asinus, in fabulis, imitantur. Vnā iter fa-
ciebant equus & asinus, ille sale, iste spōgijs
onustus. Procubuit in vadoso flumine e-
quus, &, sale liquefacto, se feliciter exone-
rauit. Quod vbi asinus vidit, procubuit &
ipse; sed, spongijs aqua repletis, onus lon-
gè maius ferre coactus est; sensitq; vel hinc
se asinum esse, vt qui non sciuerit eadem,
alijs aliter dispositis, non eodem modo
succedere.

C A P V T I X.

*Non posse ab hominibus Deum aquis pu-
nientem accusari, cùm aquis ipsi
& alios, & se ipsos plectant.*

§. I.

*Aquas esse justitiae & misericordia diuinæ
instrumentum.*

 I laudabilis est justitia, laudē me-
rētur etiam justitiæ instrumenta.
 At verò, teste Pythagoræo Thea-
ge, & inter D̄os magnam vim habet, & inter homi-
nem de virtute.